PS. CLEMENS. RUFINUS
2. Viertel 12. Jh. Seite 119v
Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36544
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift



et reponens me in horreo dominico mense diuine facias parti
cipem. Tunc petrus cum omni alacritate apprehendens manum eius tradi
dit eum in clementi. et fratribus meis dicens. Sicut tibi pater filios resti
tuit deus. ita et patrem filii restituant deo. Indixit autem ieiunium
omni plebi. et ueniente dominico die baptizauit eum. atque
in medio populi ex conuersione eius materiam sumens.
omnes casus eius exposuit. ita ut omnis ciuitas quasi ange
lum eum aspiceret. et non minorem gratiam ei quam apostolo.
E — X — H — I — B — E — R — E — T.
E — X — P — L I C I T. RECOGNITIO. ELEGENTIS.
— P — A — P — E. URBIS. ROME. +

Hiis qui deficiunt in claustris deteriores.
Non uidi. nec eis qui proficiunt. meliores.
In claustris xpi semper sunt quatuor isti.
Cum petro iudas. cum symone. fur ananias.
Per petrum intelliguntur clerici fideles. per
iudam perfidi. per symonem symoniaci. per
ananiam fures. caueant sibi omnes monachi.

Laude lecatorum uilescit fama proborum.
Nam laudes reprobi sunt quasi probra probi.
Non timeas linguam cuius detractio laus est.
Falsus laudator est uerus uituperator.

Ecce ruit qui preco fuit logice racionis.
Cui patuit quid quid potuit mens nosse platonis.
Et cui non poterant concludere mille sophiste.
Conclusit tumulus ac angustus lapis iste.